

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. II. Ilustrissima Danielis, & sociorum abstinentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

leiviculam ad inferos mittat? Ita sanè, mi homo, vel ob
pomum, quia vetitum, cogimur mori. Nec levis est
culpa, vel in re levissimā Deum yetantem spernere.
Proposuit Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis,
tametsi gravibus & multis uregetur caussis, ut hisce
mensa legibus se suōque solveret: Non solvit. Neimo
dixerit, sum pauper, sum debilis & æger, immanis ap-
petentia, vechemens me sollicitat tentatio, neque ego
sum resifendo, licebit ergo aliquantulum metas ve-
titi transfilare. Neutiquam licebit. Neque enim divinæ
leges talem admittunt explicationē. Nunquam men-
tiri licet, furari nunquam, aut pudicitiam temerare,
qua vetitum. Sat caussarum est: Deus vetuit. Vetan-
tem spernis? à tergo tua te Nemesis sequetur. Vocife-
ratus Moses: Quid si audire nolueris, inquit, vocem Domini
Dei tui, venient super te omnes maledictiones iste, & apprehen-
denter te. Maledictus eris in civitate, maledictus in agro. Male-
dictum horreum tuum, & maledicta reliqua tua. Maledictus
ventrus tui, & fructus terra tue, armenta boum tuorū,
& greges ovium tuarum. Maledictus eris ingrediens, & male-
dictus egrediens. Haud aliter Isaías: Abiecerunt legem ex-
cicatum, ait, ideo iratus est furor Domini. Gravissimum est
rem in se vel levissimum patre, quam vetet Deus,
Salomonete testet: Qui declinat aures suas ne audiat legem,
oratio eius era execrabilis.

Proponat igitur quisque in corde suo, opes potius
ac facultates omnes, existimationem & famam, san-
guinem & vitam animosè prodigere, quam scientem
nre in veritatem, & vel unicam Dei legem violare.
Hoc affiduc oculos obveretur: Veritatum est, ergo
neutiquam admittendum est. Proponat in corde suo
cum P̄fate regio: In exterum non obviscar justificationes
iure. Iurari & statui custodire iudicia iustitia iue.

C A P V T II.

Illusterrima Danielis, & sociorum abstinentia.

Dicit Iacobus. **N**e vel minimā adversitatis Dei leges culpam conscienceret Daniel, Malasarem regium Diætariū summē rogans: **T**enta nos, obsecro ait, servos tuos diebus de-
cim, & denū nobis legumina ad recessum, & aqua ad bi-
bendum, & contempnare vultus nostros, & vultus puerorum,
qui recessunt cibō regio, & sicut videris, facies cum servis tuis.
En, juvenis sanguine regio prognatus cubiculario supplicat, sc̄q; benevolo illius arbitrio veluti servum committit. **S**ed huc tam submissæ humanitati non
licet immorari, ad alia festinamus.

Modestissimum consilium Malafari non displacevit; admissi tam humanas preces. Elapsis igitur decem diebus, Apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores pro omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio. Res ipsa Malafari visa est commodissima. Cogitare illi primum fuit: si fontana & cicer formâ adeo succi plenam concilient, cibus potiusque regius in meos cedet usus, polente illis, & aquæ sati dabo. Ita Malafari tolerabat cibaria & viminum potus eorum, dabatque eis legumina. Puer autem his Deus dedit scientiam, & disciplinam, in omnibus libris & sapientia: Danielis autem intelligentiam omnium visionum & somniorum. Completa itaque diebus - post quos dixit rex, ut introducerentur, introduxit eos præpositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor. Cumq[ue] eis locutus fuisse rex, non sunt inventi tales de universis, ut Daniel, Ananias, Misael & Azarias, & steterunt in conspectu regis. Et omne verbum sapientie & intellectus, quod sic citatus est ab eo rex, inventus in eis decuplum super cunctos ariolos, & magos in universo regno ejus. Hoc ipsum & hydriola, hoc divinæ legi conformis potuit abstinentia. Hic exponendum, sed succintè & compendio, quid rationum & causarum ad abstinentiam nos impellat, & cur de illâ cerebris sit differendum.

Prima ratio, quæ abstinentiam nemini non persua- **Prima.**
deat, est ingens hoc bonum: *Divinitatem mirificè placat*
Absentia. Rex Iosaphat ab Ammonitis, & Moabitis
hostiliter cinctus, Totus se contulit ad rogandum Dominum, **2. Par. c. 20.**
& pradicavit i[n] omnium universo Iuda. Ad abstinentiam & je-
junii preces divina nitescit ira. Exactam penitentiam
*normam dictaturus Iоel: Converzimini ad me, inquit, in **Iоel. c. 2.***
toto corde vestro, in jejuno, & in fletu, & in planctu. **vers. 12.**

altera ratio, Absentia facilius impetrat à Deo quod regat. Esdras sacerdos pro testimonio dicens: Prædicavi ibi jejunium, ait ut peteremus ab eo viam rectam nobis & filiis nostris. Rex David omni cibo abstinet, ut tilio loquens quem ei Bethsabœa genuerat, vitam impetrat. Jejunavit David in jejunio, & ingressus seorsum jacuit super terram.

Tertia; Christi sobrietatem, abstinentiam, & jejunia Tertia,
ad nostrum modulum par est imitari. De suis aperte
Christus: Venient dies, cum auferent ab eis sponsus, & runc je-*Luc. c. 5.*
B junabunt. Ablatus est sponsus: jejunium nos recusat, *vers. 35.*

quisquis sponsi desiderio flagrat.
Quarta; le junium & abstinentia expandi peccatis
unice conductum. Promulgante Ionā pœnitentiam in
urbe populosissimā Ninive, Crediderunt viri Ninivitæ in Ione c. 3.
Deum, & prædicaverunt jējunium. vers. 5.

Quinta; superandis tentationibus facit jejunitum. Quinta.
Dilucidè Bernardus: Tentationes, inquit, vincere non posse. Bern de mo-
tore, nisi carnem per abstinentiam castigaveris. Hoc atque
morum genero usus Rex David adversus hostes: Ego
autem, ap. cum mihi molesti essent, induabar cibicio, humili-
bam in jejuno animam meam.

Sexta; Tam corporis, quam animi malis præcaventur. Sexta-
dis plurimum prodest abstinentia. Idem, quem dixi,
Clarevallensis Abbas luculentissimus testis: Per abstinen- Bern. loco
tiā, inquit, omnes virtutes radicantur, & edificantur; per gula diū.
omnia virtus nō ruitur, & confortantur. Ideo tres pueri in ca-
men ignis non arserunt, quia abstinentes fuerunt. Daniel igitur
Clibanum et al. eis que lumen, quis sumus, & abstinentiam obser-
vamus.

C liberatus est de ore leonum, quia servavit abstinentiam ciborum.
Septima; Edomandæ carni abstinentis subsidium opportunissimum. Luxuria saturatim semper vicina, carnem subjugat, luxuriam refrenat abstinentia. Nam comedem Bernardo teste, Percunt Cupidinis arcus, cum corpori subtrahatur cibus & potus. Amica cœpitatis James panem cogitat, non adulteria. Danielis Abbatis scitum est: Vigor corporis, languor animi. Vis carnem ad obsequium flectere? jejuniis frange.

O^{ct}ava; Animo vegetando adjumentum maximum O^{ct}ava.
Abstinentia. Iejunium animę alimentum. Mens multitudine siborum fatigata perdit vigorem orationis.
Sobrietas & Abstinētia longioris vitæ ac sapientiae mater.
De abstinentiā producitoris vitæ certissimam ^{vide Aloc'}
causā jam sapienti & libro singulari egimus. ^{amarī, sed}

Hæc ipsa Danielis historia dictorum confirmationem suppeditans: Et apparuerunt, inquit, vultus eorum meliores & corpulentiores praे omnibus pueris, qui recubantur cœlio regio. Quod ipsa etiam natura potuit efficere: tum quia Hebrei juvenes illi huic diæta assueverunt, Dan. c. 15. quia Hebæi juvenes illi huic diæta assueverunt, vñs. 15. tum etiam ob animi jucunditatem, quam ex ea temperantia hauserunt. Si ad altiores causas respiciamus, habitiorē vultum, abstinentiæ præmium dicemus. Sic Iuditha venustiore formam, sic Samson fortitudine austiorem sibi conciliavit abstinentio. Exercitatio & abstinentia, si jungantur, supererat aurum potabile, lapidem philosophicum, quintanæ essentiam & margaritis, sorbitiunculam elixit nobilissimam, omne omnino pharmacum multis modis præcellunt. Abstinentia puros, liberosque reddit spiritus, & mirum quantum valetudinem firmat. Cum enim anima rationalis simul & sentiens, & vegetans sit, vires autem habeat certis limitibus circumscriptas, inde fit, ut quod minus coquendis cibis impeditum est magis occupari possit pertinendi studiis. Hinc Salomon Sapientia mitaculum:

Cogitavi

Daniel Caput III.D

550

Eccles. c. 2. Cogitavi, ait, in corde meo abstrahere à vino carnem meam, ut
vers. 3. anima meum transferrem ad sapientiam, devitare inquit stulti-
tiam, donec videam, quid esset utile filii hominum. Sapientia
Isaac. 28. mater Sobrietas. Hoc anno dixit Isaia: Quem docebit
vers. 9. scientiam, & quem intelligere faciet auditorum ablatato à la-
ete, avulso ab ubribus. Qui etiamnum trahunt ubera, in
cibi potusque libidines effusi, ac capiendam sapien-
tiam non sunt idonei.

S. II.

Ob abstinentiam in sacrificiis codicibus laudantur. Rechabitæ ob abstinentiam in diversis codicibus laudantur. Moses & Elias diebus quadragesima continuit sine culinâ & omni mensa ad collocium cum Deo in eundem fæse pararunt, sapientiam & Dei familiaritatem suavissimam promeriti. Iuditha, Esther, Machabæi prudentiam & fortitudinem, B. Nazarei, & quæ Hosæensem, Amanum, Antiochum vicerunt, per preces & abstinentiam obtinuerunt. Ioannes Baptista, dum inter moftales ageret, Angelus evasit abstinentiam. Facebo eos, qui solitudinem habitantes ad octogesimum, nonagesimum, centesimum, & plures annos producerunt vitâ rigidâ & pertinaci abstinentiam. Conobite, Hieronymo teste assiduis ac quotidianis jejuniis egerunt vitam. In cibum panis, in potu non è celâ Maficum, aut Falernum, sed è proximo fonte frigida fuit: si quid laetus colouisset, oluscula, cicer, herbulas, pisum & legumina submittebat olla. Nam cocti & aliquid calidi comedie inter cupedias numerabantur.

Augustinus suam reficiendi corporis cœluctudinem exponens, & divinam in cœlo agnoscens eruditioem. Idem ibid. 31. nro. 1. Augolini reficiendi corporis confertudo: **P**ilula. Nihil autem, inquit, suavis est mille necessitas, & adversus istam suavitatem pugno ne capiar, & quoridam solum bellum geri jejunis sepius in servituum redigens corpus meum. Hoc me docuit, ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumptuaria accedam. Quis autem adeò insanit, cum aliquid glutinare pharmaci, aut medicæ potionis cogitur haurire, medicum aut pharmacopola roget, ut calices impletant capaciores, ut quindecim aut septemdecim pro novem catapotis oggerent suinenda. Nemo tam fatuus, qui copiam hac in re amet. Pharmaca sumimus, quâ possumus parcissimè. Quod minus, hunc gratius. Sic alimen- ta, inquit Augustinus, quemadmodum medicamenta sumo. Addit: Non ego immunditiam opono tunc, sed immunditiam cupiditatis. Scio Esau lenitile concupiscentiâ deceptum, & David propter aqua desiderium a seipso reprehensem, & regem nostrum non de carne, sed de pane esse sententiam. Quod autem saluti satis est, delectationi parum est. Hec ipso nos modum necessitatis sentire non finit, & ipsam limitem procuranda salutis (si qua alijs delectabilia) rapido abscondit, & translit: patetibus nobis satu non esse, quod satis est, dum libenter ejus provocacionibus dicimus, & stimante nos adhuc agere negotiorum valitudinis, cum agamus potius voluptatis. Ita nescit cupiditas, ubi finit, nec nisi.

Ambro. 10. 1. 1. de virgi- ni. post iust. pag. 107. Marcelli- na. **B**ernard. form. 66. incaut. pag. 995. S. Bernar- di. Ambrosij Mediolanensis Pontificis soror Marcellina eò abstinentiam coluerat, ut non tantum non calcaribus, sed freno egeret. Ad eam igitur Ambrosius prescribens: Jejunum, inquit, in preceptis habemus, sed singulorum dierum. Tu autem multiplicatis noctibus ac diebus innumerâ tempora sine cibo transfigis, & si quando rogaris ut cibâ sumas, & paulisper cotilem deponas, respondens illoco: Non in solo pane vivit homo. Ipse epularum usus cibus obvius, ut edendi fastidio jejunum defaderetur, potus è fonte, fletus in pecte, sumus in codice. Hæc sane virgo fuit sapiens, quæ plurimam senectutem adepta est abstinentendo.

Bernardus de seipso: Abstineo, inquit, de vino, quia in vi- no luxuria, aut si infirmus sum, modico utoi juxta consilium Pauli. Abstineo à cibis, ne dum nimis n. riant carnem, simili- di. & carnis nutrientia vita. Panem ipsum cum mensurâ studebo

A sumere, ne onerato ventre stire ad ordinatum teneat, & ne improperei erit mihi prophetas, quia panem meum comedam in saturitate. Sed nec simplici quidem aqua irriguitare mihi assuecam, ne distento sanè ventris usque ad titillatum pertingat libidini. Tam rigide culto abstinentie Bernardus, & longævus fuit & sapientissimus animus sexagesimum quartum vivendo attigit.

Carolus Borromæus eminentissimum abstinentie speculum, hac in re genuinū istud tradidit documentum. 1. A parvis incipe, & sensim crescere, idque in omnibus virtute. 2. Constanter perse, & non languescere. Nos autem incipere nolumus, aut in cæptis persegeri, si initium videatur difficultius. Ipse primitus carne, deinde ovis postmodum & laganis, omniq[ue] laetis usu abstinevit, tandem solo pane & aquâ vicitavit.

S. III.

Quid autem, obsecro, cause est abstinentiam videbiti tam difficilem? Nihil hic rationis admittimus. Venter epulis affuetus non habet aures. Nec Tullius nobis, nec Chrysostomus vel paululum strictior abstinentiam persuaserint. Quis causa? Bernardus apostolice ad quæstionem: Ecce, inquit, molestus est nobis paup. Bern. in nitentia laboris, corporis afflictatio gravis, abstinentia onerosa. S. Bern. in Vigiliis dormit at anima nostra præ radio manu ob aliud sanè, quâm propter inopianam spiritus. Ita prorsus est. Neg, vero. Aliud credimus abstinentia ipsi etiam corpori salubrem, opinio falsa jam pridem animu occupavit, naturenimum subducit, stomachum ledit, vires atterit, valitudinem frangit. Erramus luculentè & naturam calumniam iniquis infamamus. Ea paucis contenta valeritudinem ciborum partimoniam incredibiliter conservat, & firmat. At nos ad optimorem quadram affueti, tantum animi non habemus, ut vel solum incipiamus abstinenre, & aliquanto tempore pergamus & exploremus, quid valent humeri, quid ferre recusent. Atque cum prima alterave hebdomade aut mense non felicissime succedunt cœpta, mox in impatientiam versi dicimus: res non procedit, operam inanem sumimus: ergo antiquum hoc nostrum obtineamus: edamus & bibamus largiter dum satis. **Q**uis juret in leges abstinentiam arcet?

Multo sapientius Daniel: Tenta nos, inquit, obsecro, servos tuos per dies decem, & dentur nobis leguminæ ad vesperandum, & aqua ad bibendum. Tentemus nosipos, obsecro, & progressu temporis re ipsa reperiemus, quâm non solum utile, sed & facile sit frugalitatem & abstinentiam se etari, parcus comedere, moderantis bibere. Nos plerunque ratiocinamur ab abstinentia immoderata, quam nemo laudaverit. Quod & Bernardus ipse nequitum inficiatur: Si carnem, inquit, supra modum affligit, cibem tuum occidit; si eam, plus quam oportet, re- do leon ficio, inimicum tuum nutrit. Non nutrias carnem tuum verbi busita manduca, ut semper esurias sita carnem refice, ut ea discat servire. Non potest quisquam accipere perfectionem virtutis, nisi prius in se domuerit gulanum venire. Hoc idem notis. **T**h. J. T. D. finius scriptor commendans: Doma gulanum, inquit, & omnia virtus faciliter domabis.

Daniel princeps palatinus, negoti plenus, aulicorum optimatum primus, inter aulicas tamen delicias abstinentissimus. Hinc eximium Bernardi votum: **D**er Bern. tibi Deus humilitatem Christi, devotionem Petri, charitatem Ioannis, obedientiam Avrahæ, patientiam Isæ, toleriam Iacob, castitatem Ioseph, mansuetudinem Mosis, constantiam Iosue, benignitatem Samuels, misericordiam David, abstinentiam Danielis. Daniel abstinentissimus.

Tantis igitur exemplis invitati, Mortificemus membra nostræ, quæ sunt super terram: si enim secundum carnem viximus, mortiemur; si autem spiritu facta carnis mortificavimus, vivemus. Hic animis opus est: hunc audendum, & vis facienda pravae consuetudini. Bernardo cōsultore, sic refice

*14. refice carnē, ut serviat. Non est regnum Dei esca & potus:
sed iustitia & pax, & gaudium in Spītu sancto. Abstinentia
productioris vite, & uberioris sapientiae mater.*

C A P V T I I I .

*Danieli Nabuchodonosor rex somnium commit-
tit explicandum. Plura de somniis.*

NAbuchodonosor anno nono regni, secundo Mo-
narchie, Iudeis, Assyriis, Moabitis, Egyptis jam
deividis, somnio inuitato territus, præcepit omnē sa-
cra sapientia senatu cogi. Ita magis, ariolis, malefici,
Chaldaeis jam convocatis: *Vidi somnum, inquit rex, &*
*mente confusus ignoro quid viderim. Cui Chaldei: Rex in e-
ternum vive: die somnum servū tuis, & interpretationem ejus
indicabimus.* Ad que Nabuchodonosor: *Sermo recepit a
me, ait, nisi indicaveritis mihi somnum & conjecturā ejus nar-
raveritis, peribitis vos, & dominus vestre publicabitur.* Si autē
sommum & conjecturam ejus narraveritis, premia & dona, &
honorum multum accipieris a me; somnum igitur & interpre-
tationem ejus indicate mihi. At illi multa excusantes nega-
runt id fieri posse. Ita sibi somnum à rege prius nar-
randum, explicationem somni à se subjugendam
polliciti: Neminis esse, nisi Deorum, aliena scire som-
nia. Neq; illum unquam regē hoc ab ariolis & Chal-
daeis scilicet. Rex inanibus logis se duci autumans,
jāmque in furorem versus atrocem tulit sententiam,
jūstūque omnes Babylonis sapientes ad necem abripi.
Neq; verò Danieli & sociis fuisse parsum, quos una
eadēmque fulminaverat sententia, nīl capitale sup-
plicium prævertisset Daniel. Qui ubi ex Ariocho re-
gione militia principe, quid rerum ageretur, intellexit,
nīl le & ad regem ipsum penetravit, precibūque demissi-
mis petiit, daretur sibi tantum temporis dum in lu-
cen eruerat tam somniū, quām somniū mysterium.
Datum. Quo clapsō somnum explicatū est. Hoc loco
non opportunū tantum, sed & necessarium de som-
niis differere. Exponemus igitur quae fides tribuen-
da somniis, & quid inde commodi possit hauriri.

S. I.

THeologis quadruplex somniorum genus est: Na-
turale, morale, à dæmore, à Deo immisū. Na-
turalia sunt, qua corporis bonam malamvē tempe-
riem, stomachum oppletum aut vacuum sequuntur:
ex his bona malaque valetudo dignosci potest. Hinc
medicorum antefignanus Hippocrates librum de in-
sommis conscripsit. Homo tristis, tetricus, & quem
atra bilis exercet, jam novit sua somnia: fatigari, ca-
dere, angī, lacrymas fūndere, humi repere, latebras
Vnde Galen, querere, pericula subire, inter mortuos agere, tristia
quæque audire creberim illi & pæne quotidianum.
Qui multi & boni sanguinis sunt, somniantes hi-
larēscunt, tripudiis interfunt; ridēnt, currunt, volant.
Atque haec meliores, aut deteriores affectiones, bo-
nis malofive corporis habitus aperit satis enuntiant.
D2. Moralia. 2. Moralia è cogitationis, dictis & factis diurnis pro-
veniunt. Hinc somnia Tullius cogitationum & ne-
gotiorum diurnorum reliquias appellat.

Clodianus poëtarum ocellus canit:

Omnia que sensu voluntur vota diurno,

Pectore sopito reddit amica quies.

Hinc venator silvā & feras, iudex lites, auriga cur-
rus & equos, ægrotus & sitiens fontes & aquas, poëta
versus somniat, avarus pecunias numerat, famelicus
epulas tractat. Et moribus hec petuntur somnia.

3. A dæmore immisā. Hic diabolus celer & vafer

artifex, ipsi etiam somniis si Deus annuat, ad pec-
candum trahit. Cum Pontius federet pro tribunali
capitalem sententiam iam iam dicturus in Christum,

enuntius advolat à conjugē, quæ oblato sibi somnia

A maritum sollicitè monebat: *Nihil tibi. & iusto illi: Mul-*
*ta enim passa sum hodie per visum, propter eum. Hic non-
nemo quæsiterit: Et quamdiu dormivit hæc femina?*
Ad ipsam uisque decimā noctram. Nam teste Mat-
thæo: *Sedente autem illo præ tribunali, misi ad eum uxor
ejus. Ante meridem circa decimam hæc agebantur:* nam Christus ipso meridie, duodecimā noctram in
crucem actus est. Ita diabolus om̄em movit lapidem, Diabolus
omnem excogitavit stropham, ut Christi necem im-
pediret. Cū alia non succederent, insomniis etiam
id conficerit molitus est. Nimurum huic veteratorum
mutisimè scrutari omnia. Ita per somnia quoque,
quantum illi à Deo permisum, ad noxas intit.

4. A Deo immisā. Ita sep̄ius cum sanctissimis re-
gibus, prophetis, aliisque tibi amicissimis locutus est immisā.
Deus. Quod facturum le pollicitus: *Si quis fuerit inter Num. c. 12.
nos propheta Domini, ait, in visione appagebo ei, vel per som-
num loquar ad illum. Quod lobus confirmans: Per som-
num, inquit, in visione nocturna quando irruat sopor super lob. c. 33. v.
homines, & dormiunt in lectulo. Tunc aperit aures vōrum, &
eradiens eos infrastructa disciplina. De scipo: Terrebus me per somnia, inquit, & per visiones horro concūtes. Ita Ioseph
oblatus sibi somnum parentibus & fratribus narravit. Gen. c. 37.
Ita venit Deus ab Abimelech per somnum nocte. Ita Iacob
videt in somniū scalam stantem super terram, & cacumen Gen. c. 20.
illius tangens celum: Angelos quoque Dei ascēdentes, & de- Gen. c. 28.
scēdentes per eam, & Dominum in summum scalæ. Ita Laban
vidit in somniū Dominum sibi dicentem: *Cave ne quidem c. 7.
quām asper loqui ari contra Iacob.* Ita Pharaonis pincer- Gen. c. 31.
na & pistor in carcere, viderunt ambo somnum nocte una vers. 24.
juxta interpretationem congruam sibi. Ita cum renisset Ge. 1. 7.
deon in cæstra hostium, narrabat aliquis somnum proximo vers. 13.
suo. Ita Mardochæus: *Recordatus sum, inquit, somniū, quod Esther. c. 10.
vidēram hæc eadem significantis, nec eorum quidquam irritu vers. 5.
fuit.* Ita Iudas Machabæus expoſito digne fide somnio la- c. 15. v. 11.
tificavit universo. Ita Abrahamo, Pharaoni, Salomonis, Gen. c. 15. &
Danieli objecta somnia mystorii plena. Ita Iosephus c. 41.
Christi nutritius de conjugis sarcophagiā monetur in 3. Reg. c. 3.
sommis. Ita visto per noctem ostensa est l'auto. Hebræus va- Dam. c. 2. c. 1.
tes Iœl somnia à Deo immittenda promittens: *Senes Matth. c. 1.
resti, ait, somnia somniabunt, & juvenes vestri visiones vi- vers. 20.
debunt.* Ita quatuor somniorum genera. Causæ illo- Act. c. 16.
rum multiplices, diversissimæ. Nos eas involvimus vers. 9.
silentio, & ad geminas respondemus quæſiones. Iœl. c. 2.
vers. 28.*

S. II.

I. Quid igitur somnia sunt observanda? 1. Ea, Quatuor
qua latitatem aut morbos corporis, animi: somniis
spectant. Hic viderint medicitam iij, quibus cura in
animū, quām illi, quibus in corpus est commissa.
2. Ea, quæ turbant, impediunt, terrent, ita sunt curan-
da, ut causæ & fontes, e quibus promanant, augeantur.
3. Si quando scientias juvent somnia non videntur
negligenda. Est quæ non tantum totos versus sed
tota etiam epigramma somniando fecerit. 4. Quæ
ad virtutum officia, ad dandam stipem, ad excre-
dam sobrietatem, ad amplectendam religionem im-
pellunt. Non igitur omnia falsa sunt & fallacia cū
in divinis litteris complura fuerint vera, & eventus
certos, quos exhibuerant, sortita. Molim tamen inde
conficias: Ergo sunt observanda. Nam istud secundæ
quæſiones est.

II. Quid ergo somniis tribuendū fidei? Vniversè ac
maximā partem inania falsa, vana, nulla sunt, nec ullā
merentur obseruationem aut fidem. Quod Ecclesi-
stes dilucidè pronuntians: *Multa curas, inquit, sequuntur Eccles. c. 5.
somnia, & in multis sermonibus inveniuntur stultitia. Vbi multa
sunt somnia, plurima sunt vanitates, & sermones innumerati: tu
verò Deū time.* Huic Ecclesiasticus Siraci filius ex toto
accedit, & de somniis hæc sentit: *Nisi ab altissimo emissa
fuerit visitatio, ne dederis in illis cor tuū. Multos errare fecerunt
somnia.* Eccl. c. 34. vers. 6. Eccl. c. 1. & 2.